

» convenerunt cassare et cum effectu irritare, prout ex nunc pro  
 » cassis et irritis habent omnes et singulos contractus, capitula et  
 » conventiones hactenus cum quibusvis civitatibus, communitati-  
 » bus, terris seu locis eidem sanctae romanae ecclesiae mediate  
 » vel immediate subjectis, in praejudicium ipsius romanae eccl-  
 » siae et sedis apostolicae et contra ejus libertatem quomodolibet  
 » respective initos et facta.

» Item, nominibus et modo quibus supra, promiserunt et con-  
 » venerunt perpetuis futuris temporibus aliquos rebelles seu ini-  
 » micos vel exitios ejusdem sedis apostolicae in terris eorum et  
 » dicti eorum dominii ubicumque existant non recipere vel admit-  
 » tere, aut illos seu aliquem illorum quomodolibet protegere et si  
 » qui in praesentiarum in locis praedictis reperiuntur, illos infra  
 » mensem proxime futurum licentiare et cum effectu expellere :  
 » Ac etiam quod quoscumque vicarios, feudatarios aut domicellos  
 » seu barones terrarum et locorum quorumcumque eidem romanae  
 » ecclesiae mediate vel immediate subditorum, etiam duces, aut  
 » quocumque praeminentiae titulo insignitos, sive eorum terras,  
 » civitates, status et bona, in eorum seu dicti dominii protectione  
 » non recipient, nec recipi permittent publicae vel occulta sine  
 » expressa licentia romani pontificis pro tempore existentis.

» Item, nominibus et modo quibus supra, promiserunt et con-  
 » venerunt deinceps perpetuis futuris temporibus de civitate Fer-  
 » rariensi, illiusque comitatu, territorio et districtu, illorumque  
 » gubernio et regimine ad romanam ecclesiam et ad sedem apo-  
 » stolicam pleno jure legitime spectantibus et pertinentibus, quovis  
 » modo seu causa aut quovis quaesito colore directe vel indirecte,  
 » etiam ratione praetensi vicedominatus, cui et praetensis juribus  
 » in petitorio et possessorio in eo quomodolibet competentibus spe-  
 » cialiter et expresse renuntiaverunt, se nullatenus intromittere.

» Item, nominibus et modo quibus supra, promiserunt et con-  
 » venerunt reficere et restituere cum effectu omnia et singula da-  
 » mna illata et facta ac etiam pecunias et quaecumque bona quibusvis